UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

urn:nbn:de:hbz:466:1-71292

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 6129.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co=mœdiarum lepidiſſima. quę et ſi alias incompleta. a Codro Urceo tamen eſt perfecta.

Ueneunt Monaſterii ab Joanne Richter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Argumentum

Senex auarus vix ſibi credens Euclio
Domi ſuę defoſſam multis cum opibus
Aulam inuenit, rurſumqꝫ penitus conditam
Exanguis, amens ſeruat; eius filiam
Lyconides vitiarat, interea ſenex
Megadorus a ſorore ſuaſus ducere
Uxorem auari gnatam depoſcit ſibi
Durus ſenex vix promittit: atqꝫ aulę timens
Domo ſublatam, varijs abſtrudit locis
Inſidias ſeruos facit huius Liconidis
Qui virginem vitiarat: atqꝫ obſecrat
Auunculum Megadorum ſibimet cedere
Uxori amanti, per dolum mox Euclio
Quum perdidiſſet aulam inſperato inuenit
Lętuſqꝫ natam collocat lyconidi,

¶ Argumentum

Aulam repertam auri plenam Euclio
Ui ſumma ſeruat miſeris adfectus modis
Lyconides iſtius vitiarat filiam
Uolt hanc Megadorus indotatam ducere
Lubenſqꝫ vt faciat, dat coquos cum obſonio
Auro formidat Euclio, abſtrudit foras
Re omni inſpecta compreſſoris ſeruulus
Id ſurripit, illic Euclioni rem refert
Ab eo donatur auro vxore et filia

Prologus

Lar familiaris

NE quis miretur qui ſiꝫ, paucis eloquar.
Ego Lar ſum familiaris ex hac familia
Vn̄ ⁊ exeuntē me aſpexiſtis, hāc domū
Jam multos annos eſt quum poſſideo
et colo
Patri auoqꝫ iā huius q̇ nunc hic habꝫ
Sed mihi auꝰ huiꝰ obſecrās ꝯcredidit
Theſauꝝ auri clā, oīs in medio foco.
Defodit, venerans me, vt id ſeruarem ſibi.
Js quando moritur (ita auido ingenio fuit)
Nunq̄ꝫ indicare id filio voluit ſuo.
Jnopemqꝫ optauit potius eum relinquere,
Quā eum theſauꝝ commonſtraret filio
Agri reliquit ei non magnum modum
Quo cum labore magno, et miſere viueret
Ubi is obijt mortem qui mihi id aurum credidit.
Cepi obſeruare ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet q̄ꝫ eius habuiſſet pater.
Atqꝫ ille vero minus minuſqꝫ impendio
Curare, minuſqꝫ me impartire honoribus.
Jtem a me contra factum eſt, nam item obijt diem:
Js ex ſe hunc reliquit qui hic nunc habitat filium.
Pariter moratum, vt pater auuſqꝫ huius fuit.
Huic filia vna eſt, ea mihi quotidie.
Aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat:
Dat mihi coronas, eius honoris gratia
Feci theſaurum vt hic reperiret Euclio
Quo eam facilius nuptum ſi vellet daret,
Nam compreſſit eam de ſummo adoleſcens loco.
Js ſcit adoleſcens quę ſit quam compreſſerit.

Illa illum neſcit, neqꝫ compreſſam autem pater
Eam ego hodie faciam vt hic ſenex de proximo
Sibi vxorem poſcat, id ea faciam gratia
Quo ille eam facilius ducat qui compreſſerat
Et hic qui poſcet eam ſibi vxorem ſenex
Is adoleſcentis illius eſt auunculus
Qui illam ſtuprauit noctu ceceris vigilijs
Sed hic ſenex iam clamat intus (vt ſolet)
Anum foris extrudit: ne ſit conſcia
Credo aurum inſpicere volt, ne ſurreptum ſiet.

Senex Euclio. Staphila anus

Exi inq̃, age exi, exeundū hercle tibi hinc eſt foras
Circumſpectatrix cum oculis emiſſitijs
Sta. Nam cur me miſerā verberas: Eu. vt miſera ſis.
Atqꝫ vt te dignam mala malā ętatem exigas
Sta. Nam qua nunc cauſa extruſiſti ex ędibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges?
Illuc regredere ab hoſtio, illuc ſis vide
Ut incedit: at ſcin quo modo tibi res ſe habet?
Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum
Teſtudineum iſtum tibi ego grādibo gradum
Sta. Utinam me Diui adaſſint ad ſuſpendium
Potius quidem q̃ hoc pacto apud te ſeruiam
Eu. Ut ſceleſta ſola ſecum murmurat.
Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi
Ne me obſeruare poſſis quid rerum geram
Abſcede etiam nunc: etiam nunc, etiam hoc
Iſtic adeſto, ſi hercle tu ex iſto loco
Digitum tranſuerſum, aut vnguem latum exceſſeris
Aut ſi reſpexeris donec ego te iuſſero
Continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sceleſtiorem me hac anu certe ſcio
Uidiſſe nunq̃,nimiſq; ego hanc metuo male
Ne mihi ex inſidijs verba imprudenti duit
Neu pręſentiſcat aurum vbi eſt abſconditum
Quę in occipitio quoq; habet oculos peſſima
Nunc ibo vt viſam,eſt ne ita aurum vt condidi
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis
Sta. Nec nunc me caſtor quid hero ego dicam meo
Malę rei eueniſſe: quam ne inſaniam
Queo comminiſci: ita me miſeram ad huuc modum
Decies die vno ſępe extrudit ędibus
Neſcio pol quę illũc hominem intemperię tenent
Peruigilat noctes totas, tum autem interdius
(Quaſi claudus ſutor) domi ſedet totos dies
Neq; iam quo pacto celem herilis filię
Probrum,propinqua partitudo cui appetit
Queo comminiſci, neq; quicq̃ melius eſt mihi
(Ut opinor) quam ex me vt vnam faciã litteram
Longam laqueo collum quando obſtrinxero

Euclio ſenex, Staphila anus

Eu. Nunc defecato demum animo egredior domo
Poſtq̃ perſpexi ſalua eſſe intus omnia
Redi nunc iam intro,atq; intus ſerua.
Sta. quippe nil
Ego intus ſeruem,an ne quis ędes auferat:
Nam hic apud nos nihil eſt aliud quęſti furibus
Ita inanis ſunt,opplete atq; araneis
Eu. Mirum quin tua nunc me cauſa faciat Jupiter
Philippum regem,aut Darium triueneſica
Araneas mihi ego illas ſeruari volo
Pauper ſum fateor,patior quod Di dant fero

Abi intro,occlude ianuam,iam ego hic ero
Caue quenq̄ꝫ alienum in ędis intromiſeris
Sta.Quid ſi quiſpiam ignem quęrit? Eu.extingui volo
Ne cauſę quid ſit ꝙ te quiſpiam quęritet
Nam ſi ignis viuet,tu extingue extemplo
Tum aquam aufugiſſe dicito,ſi quis petet
Sta.Cultrum,ſecurim: piſtillum:mortarium
Que vtenda vaſa ſemper vicini rogant
Eu.Fures veniſſe,atqꝫ abſtuliſſe dicito
Profecto in ędibus meis me abſente neminem
Volo intromitti,atqꝫ etiam hoc prędico tibi
Si bona fortuna veniat ne intromiſeris
Sta.Pol ea ipſa credo ne intromittatur cauet
Nam ad ędis noſtras nuſquaꝫ adijt quanq̄ꝫ prope
Eu.Tace atqꝫ abi intro,Sta.taceo atqꝫ abeo Eu.occlude ſis
Fores ambobus peſſulis,iam ego hic ero
Diſcrucior animi quia ab domo abeundum eſt mihi
Nimis hercle inuitus abeo,ſed quid agam ſcio
Nam noſter noſtrę qui eſt magiſter curię
Diuidere argenti dixit nummos in viros
Id ſi relinquo ac non peto,omnes illico
Me ſuſpicentur(credo) habere aurum domi
Nam non eſt veriſimile hominem pauperem
Pauxillum parui facere quin nummum petat
Nam nunc quum cęlo ſedulo omnes neſciant
Omnes videntur ſcire,et me benignius
Omnes ſalutant,quam ſalutabant prius
Adeunt,conſiſtunt,copulantur dexteras
Rogitant me vt valeam,quid agam,quid rerum geram
Nunc quo profectus ſum ibo,poſt idem domum
Me rurſum (quantum potero)tantum recipiam

Aulularia

¶ Eunomia. Megadorus ſenex

Velim te arbitrari me hec verba frater
Mee fidei tueqꝫ rei (quicquid eſt hoc)
Cauſa facere, vt equum eſt germanam ſororem
Quanqꝫ haud falſa ſum nos odioſas haberi.
Nam multum loquaces merito omnes habemur?
Nec mutam profecto repertam vllam eſſe
Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo
Uerum hoc frater vnum tamen cogitato
Tibi proximam me, mihiqꝫ item eſſe te
Ut equum eſt quod in rem eſſe vtriqꝫ arbitremur,
Et mihi te, et tibi me conſulere et monere
Neqꝫ occultum id haberi, neqꝫ per metum muſſari
Quin participem pariter ego te, et tu me vt facias
Eo nunc, ego ſecreto te huc foras ſeduxi
Ut tuam rem ego tecum hic loquerer famliiariter
Me. Da mihi optuma femina manum. Eu. vbi ea eſt?
Quis ea eſt nam optuma? Me. tu? Eu. tu me ais? Me. ſi negas nego
Eu. Decet te equidem vera loqui, nā optuma nulla poteſt eligi
Alia alia peior frater eſt, Me. idem ego arbitror, nec tibi
Aduerſari certum eſt de iſtac re nunqꝫ ſoror, quid vis?
Eu. Da mihi operā: amabo, Me. tua eſt vtere, atqꝫ impa. ſi quid vis?
Eu. Id q̄d in rem tuā optimum eē arbitror, te id admonitum aduento
Me. Soror more tuo facis, Eu. facta volo, Me. quid eſt id ſoror?
Eu. Quod tibi ſempiternum ſalutare ſit liberis procreandis, Me.
ita Di faxint
Eu. Uolo te vxorē domum ducere, Me. hei occidi, Eu. quid ita?
Me. Quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror, lapides loq̄ris
Eu. Eia hoc face quod te iubet ſoror, Me. ſi iubeat faciam
Eu. in rem hoc tuam eſt, Me. vt quidem emoriar prius qꝫ ducam
Que cras veniat, perinde foras feratur ſoror

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vis legibus quum dare vis cedo, nuptias adorna
Eu. Quam maximā poſſunt tibi dare frater dotem
Sed eſt grandior natu, media eſt mulieris ętas
Eam ſi iubes frater tibi me poſcere poſcaꝫ
Me. Num non uis me interrogare te: Eu. immo ſi q̄d vis roga
Me. Poſt mediam ętatem qui mediā duxit vxorem domum
Si eā ſenex anum pręgnantem fecerit fortuito,
Quid dubitas quin ſit paratum nomen puero poſthumus:
Nunc ego iſtum ſoror laborem degā, et diminuā tibi,
Ego virtute deum, et maiorum noſtroꝝ diues ſum ſatis:
Iſtas magnas factionē animos, dotes dapſiles
Clamores: imperia: eburata vehicula, pallas: purpuram
Nihil moror, quę in ſeruitutem ſumptibus redigunt viros
Eu. Dic mihi quęſo q̄s ea eſt quā vis ducere vxorē, Me. eloquar
Nouiſtin hunc ſenem Euclionem ex proximo pauperculum:
Eu. Noui hoīem: haud malum me caſtor. Me. eius cupio filiam.
Virginem mihi deſponderi, verba ne facias ſoror.
Scio quid dictura es, hāc eſſe pauperem, hęc pauper placet.
Eu. Di bn̄ vertāt, Me. idē ego ſpero, Eu. q̄d me nūc vis: Me. vale
Eu. Et tu frater, Me. ego conueniā Euclionem ſi domi eſt.
Sed eccum neſcio vnde ſeſe homo recipit domum.

Euclio. Megadorus ſenex.

PReſagibat mihi anim⁹ fruſtra me ire, quum exibam domo
Itaqꝫ abibā inuitus, nam neqꝫ quiſquā curialium
Venit, neqꝫ magiſter, quē diuidere argentum oportuit
Nūc domuꝫ ꝓperare ꝓpero, nā egomet ſuꝫ hic, animus domi eſt
Me. Saluus atqꝫ fortunatus Euclio ſemper ſies
Eu. Di te amēt Megadore, Me. q̄d tu: recten, atqꝫ vt vis vales:
Eu. Non temerariū eſt vbi diues blande appellat pauperem;
Jam illic homo auꝫ me ſcit habere, eo me ſalutat blandius
Me. Ain tute valere. Eu. pol ego haud a pecunia per bene.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Me. Pol (ſi eſt animus ęquus tibi) ſatis habes q̄bn̄ vitam colas
Eu. Anus hercle hoc indicium fecit de auro, perſpicue palā eſt
Cui ego iam linguam pręcidam, atq; oculos effodiā domi
Me. Quid tu ſolus tecum loquere? Eu: meā pauperiem cōqueror
Virginem habeo grandem, dote caſſam, atq; inlocabilem
Neq; eam queo locare cuiq; Me. tace bonum habe animū Eudio
Dabitur, adiuuabere a me, dic ſi quid opus eſt, impera
Eu. Nunc petit, quum pollicetur, inhiat aurum, vt deuoret
Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera
Nemini credo (qui large blandus eſt diues) pauperi
Vbi manum inicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.
Ego iſtos noui polypos, qui vbi quicquid tetigerunt tenent
Me. Da mihi operam parumper, paucis Eudio eſt quod te volo
De communi re appellare mea et tua, Eu. hei miſero mihi
Aurꝫ mihi intus arpagatum eſt: nunc hic eam rem volt (ſcio)
Mecum adire ad pactionem, verum interuiſam domi
Me. Quo abis? Eu. iam ad te reuortar, nā eſt quod viſam domum
Me. Credo edepol vbi mentionem ego fecero de filia
Mihi vt deſpondeat, ſeſe a me derideri rebitur
Neq; illo quiſquā eſt aliter hodie ex paupertate parcior
Eu. Di me ſeruant ſalua res eſt, ſaluum eſt ſi quid nō perit
Nummis male timui, prius q̄ intro redij exanimatus fui.
Redeo ad te Megadore ſi quid me vis, Me. habeo gratiam
Quęſo quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
Eu. Dum quidē ne q̄d percōteris quod mihi non libeat ꝓloqui
Me. Dic mihi quali me arbitrare genere prognatum, Eu. bono
Me. q̄d fide? Eu. bona, Me. q̄d factis, Eu. neq; malis, neq; īprobis
Me. Aetatē meā ſcis, Eu. ſcio eſſe grandem itidem vt pecuniam
Me. Certe ędepol equidem te ciuem ſine omni mala etiā malitia
Semper ſum ratus et nunc arbitror, Eu. aurꝫ huic olet
Quid nūc me vis? Me: quoniā tu me, et ego te qualis ſis ſcio

Que res recte vortat, mihiqꝫ tibiqꝫ, tueqꝫ filię
Filiam tuā mihi vxorem poſco, promitte hoc fore
Eu. Hei Megadore haud decorum facinus tuis factis facis
Ut inopem atqꝫ innoxium abs te, atqꝫ abs tuis me irrideas
Nam de te neqꝫ re neqꝫ verbis merui vt faceres quod facis
Me. Neqꝫ edepol ego te deriſum venio neqꝫ derideo
Neqꝫ dignum arbitror, Eu. cur igitur poſcis meā gnatā tibi
Me. vt propter me tibi ſit melius, mihiqꝫ propter te et tuos,
Eu. Venit hoc mihi in mentem Megadore te eſſe hominē diuitem
Factio ſum me itē eſſe hominē pauperū pauperrimum
Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mentem venit,
Te bouē eſſe, et me eſſe aſellum, vbi tecum coniunctus ſiem
Ubi onus nequeam portare pariter iaceam ego aſinus in luto.
Tu me bos haud magis reſpicias, cognatus q̄ſi nunqꝫ ſiem
Et te vtar iniquiore, et meus me ordo irrideat
Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum, ſi quid deuortij fuat
Aſini me mordicus ſcindant, boues incurſent cornibus
Hoc magnum eſt periculum me ab aſinis ad boues tranſcendere
Me. Quam ad probos propinquitate proxime te adiunxeris
Tam optimum eſt, tu conditionem hāc accipe auſculta mihi
Atqꝫ eam deſponde mihi, Eu. at nihil eſt dotis quidem
Me. Ne duas, dū modo morata recte veniat, dotata eſt ſatis
Eu. Eo dico ne me theſaurum reperiſſe cenſeas
Me. Noui, ne doceas, deſponde. Eu. fiat, ſed proh Jupiter
Non ego diſperij: Me. q̄d tibi eſt: Eu. q̄d crepuit quaſi ferꝫ modo
Me. Hic apud me hortum cōfodere iuſſi, ſed vbi hic eſt homo
Abijt, neqꝫ me certiorem fecit, faſtidit mei
Quia videt me ſuam amicitiam velle, more hoīm facit
Nam ſi opulentus it petitum pauperioris gratiam
Pauper metuit congredi, per metum male rem gerit
Idem quando illęc occaſio perit, poſt ſero cupit

Aulularia

Eu. Si hercle ego te non elinguadam dedero, vſq; ab radicib⁹
Impero, auctorq; ſum vt me cuiuis caſtrãdum loces
Me: Video hercle ego te me arbitrari Euclio hoiem idoneum
Quem ſenecta etate ludos facias haud merito meo
Eu. Neq; edepol Megadore facio, neq; ſi cupiam copia eſt
Me. Quid: nunc etiã mihi deſpondes filiam: Eu. illis legibus
Cum illa dote quã tibi dixi, Me: ſpondeen ergo: Eu. ſpondeo
Iſtuc. Di bene vortant, Me. ita Di faxint, Eu. illud facio vt memi
Conueniſſe, vt ne quid dotis meã ad te afferat filia (neris
Me. Memini, Eu. at ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier
Pactum non pactum eſt, nõ pactũ pactum eſt ꝙ vobis lubet
Me nulla controuerſia mihi tecum erit, ſed nuptias
Hodie quin facimus nũ quę cauſa eſt: Eu. immo edepol optuma
Me. Ibo igitur parabo nunquid me vis: Eu. iſtuc fiet vale.
Me. Heus ſtrophile ſequere propere me ad macellũ ſtrenue
Eu. Illic hinc abyt. Di inmortales (obſecro) aur̃ quid valet:
Credo ego iã illum inaudiſſe mihi eſſe theſaur̃ domi
Id inhiat, ea affinitatem hãc obſtinauit gratia

Euclio ſenex, Staphila anus

Eu Bi tu es quę deblateraſti iã vicinis omnibus
v Me meę filię datur̃ dotem: heus Staphila te voco,
Ecquid audis: vaſcula intus pure, prępara atq; elue
Filiam deſpondi ego hodie, huic nuptum Megadoro dabo
Sta. Di bene vortant, ver̃ ecaſtor non poteſt, ſubitũ eſt nimis
Eu. Tace atq; abi, curata fac ſint quũ a foro redeã domum
Atq; occlude ędes, iam ego hic ero, Sta. quid ego nunc agã:
Nunc nobis prope adeſt exitium mihi atq; herili filię,
Nam probrum atq; partitudo prope adeſt vt fiat palam
Quod celatum eſt, atq; occultatum vſq; adhuc, nunc non poteſt.
Ibo intro vt herus hęc quę imperauit facta cum veniat ſient.
Nam ecaſtor malum moerorem metuo ne muſtum bibam.

¶ Strobilus seruus. Antrax. Congrio coqui

Stro. Postq̄ obsonauit herus, et conduxit coquos
P Tibicinasqꝫ hasce apud for. edixit mihi
Ut dispartirem obsonium hic bifariam
Con. Me quidem hercle dicam palam non diuides
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo
Ant. Bellum et pudicum vero prostibulum populi.
Post si quis vellet te haud velles diuidi?
Con. Atqꝫ ego istuc Anthrax alioquorsus dixeram
Nō istuc q̄d tu insimulas, Stro. sed herus nuptias meꝰ hodie faciet
Con. Cuius ducit filiā? Stro. Vicini huius Euclionis e proximo
Ei adeo obsonij huic dimidium iussit dari
Coquum alterum itidemqꝫ alterā tibicinam
An. Nempe huic dimidium dicis, dimidium domi?
Stro. nempe sicut dicis. Ant. Quid hic nō poterat de suo
Senex obsonari filię in nuptijs, Stro. Vah
Ant. Quid negocij est? Stro. Quid negocij sit rogas?
Pumex non ęque aridus atqꝫ hic est senex
An. Ain tandem ita esse vt dicis? Stro. Tute existima
Quam rem perijsse, seqꝫ eradicarier
Quin diuum atqꝫ hoīm clamat continuo fidem
De suo tigello fumus si qua exit foras
Quin quum it dormitum follem obstringit ob gulam
An. Cur? Stro. Ne q̄d animę amittat dormiens
An. Etiam ne obturat inferiorem gutturem
Ne quid animę forte amittat dormiens?
Stro. Hęc mihi tu vt tibi me ęquum est credere, crede.
An. Immo equidem credo, Stro. At scin etiam quomodo
Aquam hercle plorat quum lauat profundere
An. Censen talentum magnum exorari potesse
Ab istoc sene vt det, qui fiamus liberi

Stro. Famē hercle vtendam ſi roges nunq̄ꝫ dabit
Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat
Collegit, omnia abſtulit preſegmina
An. Aedepol mortalem parce parcum predicas
Stro. Cenſen vero adeo eſſe parcum et miſere viuere?
Pulmentum pridem ei eripuit miluus
Homo ad pretorem plorabundus deuenit
Infit ibi poſtulare plorans eiulans
Ut ſibi liceret miluum vadarier
Sexcenta ſunt que memorem ſi ſit ocium
Sed vter veſtrorum eſt celerior memora mihi
Con. Ego vt multo melior, Stro. Coquum ego nō furem rogo.
Cō. Coquum ego dico, St. quid tu ais? Con. Sic ſum vt vides.
Stro. Coquus ille nundinalis eſt, in nonum diem
Solet ire coctum. Con. Tu trium literarum homo
Uituperas me, Stro. etiam fur trifurcifer

¶ Strobilus. Anthrax Congrio

Tace nunc iam tu, atq; agnum horum vter eſt pinguior
An. Licet. Stro. Tu Congrio eum ſume, atq; abi intꝰ illuc,
et vos eum ſequimini
Uos ceteri illuc ad nos, Con. hercle iniuria.
Diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habent
Stro. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina
I ſane cum illo Phrygia, tu autem Eleuſium
Huc intro abi ad nos, Con. o Strobile ſubdole
Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum
Ubi ſi quid poſcamus ad rauum poſcamus prius
Quam quicq; detur, Stro. Stultuz et ſine gratia eſt
Tibi recte facere quando quod facias perit?
Con. Qui vero? Stro. rogitas? iam principio in edibus
Turba iſtuc nulla tibi erit, ſi quid vti voles

Domo abs te aſſerto, ne operam perdas poſcere
Hic apud nos magna turba ac familia eſt
Supellex, aurum, veſtes, vaſa argentea, ibi ſi perijt quippiam
Quod te ſcio facile abſtinere non poſſe, ſi nihil obuiam eſt
Dicant coqui abſtulerunt comprehendite.
Vincite, verberate, in puteum condite,
Stro. horum tibi iſtic nihil eueniet quippe, Con. qui:
Stro. Ubi quid nihil eſt, ſequere hac me, Con. ſequor

Strobilus. Staphyla

Heus Staphyla ꝓdi atqꝫ hoſtium aperi, Sta. Qui vocat:
Stro. Strobilus, Sta. q̄d vis: Stro. hos vt accipias coq̄s
Tibicinamqꝫ et obſonium in nuptias,
Megadorus iuſſit Euclioni hęc mittere
Sta. Cererin Strobile has facturi nuptias:
Stro. Qui: Sta. quia temeti nihil allatum intelligo
Stro. At iam afferetur ſi a foro ipſus redierit.
Sta. Ligna hic apud nos nulla ſunt, Stro. Sunt aſſeres:
Sta. Sunt pol: Stro. Sunt igitur ligna ne queras foris
Sta. Quid impurate quanqꝫ Vulcano ſtudes
Cœnę ne cauſa aut tuę mercedis gratia
Nos noſtras ędes poſtulas comburere:
Stro. Haud poſtulo duc iſtos intro, Sta. ſequimini.

Pythodicus ſeruus

Curate, ego interuiſam quid faciant coqui
Quos pol vt ego hodie ſeruem cura maxima eſt
Niſi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant
Inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis
Si autem deorſum comedent ſi quid coxerint
Superi incœnati ſunt, et cœnati inferi
Sic verba hic facio: quaſi negocij nihil ſiet
Rapacidarum vbi tantum ſiet in ędibus

Aulularia.

¶ Euclio Congrio

Volui animum tandem conſolare meum
Ut bene haberem filię nuptijs
Venio ad macellum, rogito piſces, indicant
Caros agninā caram, caram bubulam
Vitulinam, cetum porcinam, cara omnia
Atq; eo fuerunt cariora, quia ęs non erat
Abeo iratus illinc, quoniam nihil eſt qui emam
Ita illis impuris omnibus abij inanis
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occępi, feſto die ſi quid prodegeris
Profecto egere liceat, niſi peperceris
Poſt hanc rationem cordi ventriq; edidi
Acceſſit animus ad meam ſententiam
Quā minimo ſumptu filiam vt nuptum darem
Nunc thuſculū emi, et haſce coronas floreas
Hec imponentur in foco noſtro lari
Ut fortunatas faciat gnate nuptias
Sed quid ego apertas edes noſtras conſpicor?
Et ſtrepitus eſt intus, numnā compilor miſer ego
Con. Aulā maiorem ſi potes vicinia
Pete, hec parua eſt, capere non quit, Eu. heu mihi
Perij hercle, aurū rapitur, aula queritur
Nimirū occidor, niſi ego intro huc propero currere
Apollo queſo ſubueni mihi atq; adiuua
Confige ſagittis fures theſaurarios
Cui in re tali ſubueniſti ante hac
Sed ceſſo prius q; prorſus perij currere

¶ Anthrax. Euclio.

O Dromo deſquama piſces, tu Macherio
Congrū murenam exdorſa quantum potes,

Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto
A congrione, tu istum gallum si sapis
Glabriorem reddes mihi q̄ vulsus ludius est
Eu. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Coqui hercle credo faciunt officium suum
Fugiam intro, ne quid turbę hic itidem fiat

¶ Congrio

Optati ciues populares, incolę, accolę, aduenę omnes
Date viam qua fugere liceat, facite totę platee pateat
Nunquid ego vnquam nisi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.
Ita me miserū et meos discipulos fustibus male contuderunt
Totus doleo, atq; oppido perij, ita me iste habuit senex gymnasium
Attat perij hercle ego miser, aperit bacchanal adest,
Sequitur scio quam rem geram, hec ipsus magister me docuit.
Neq; ligna ego vsquam gentium preberi vidi pulchrius
Itaq; omnis exegit foras, me atq; hos honustos fustibus

¶ Euclio senex Congrio

Eu. Redi, quo fugis nunc? tene tene, Con. q̄d stolide clamas
Eu. Quia ad triumuiros iam ego deferam tuum nomen, Con. quam ob rem
Eu. Quia cultrū habes, Co. cocum decet. Eu. q̄d cominatus
Mihi, Con. Istuc male factū arbitror, q̄a nō latus fodi
Eu. Homo nullus est te scelestior qui viuat hodie
Neq; cui ego de industria amplius male plus lubens faxim.
Con. Pol et si taceas, palam id quidem est, res ipsa testis est
Ita fustibus sum mollior magis miser q̄ vllus cynedus
Sed quid tibi nos mendice homo tactio est? que res?
Eu. Etiam rogitas? an quia minus q̄ equum erat feci?
Con. Sine, hercle cum malo magno tuo, si hoc caput sentiet
Eu. Sed in edibus quid tibi meis nam erat negocij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Me abſente, niſi ego iuſſeram volo ſcire, Con. tace ergo
Quia venimus coctum ad nuptias, Eu. quid tu malum curas,
Utrū crudum an coctum edam niſi tu es mihi tutor:
Uolo ſcire, Con. ſinas an non ſinas nos coquere hic cœnam
Eu. Uolo ſcire itē ego meę domi mea ſalua futura
Con. Utinam mea mihi modo auferam quę attuli ſalua,
Eu. Me apud penus eſt tua ne expetam, Cō. ſcio. ne doce, noui,
Quid eſt qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam
Quid fecimus: quid diximus tibi ſecus quam velles:
Eu. Etiam rogitas ſceleſte homo qui angulos omnis
Mearum ędium, et conclauium mihi peruium facitis:
Id vbi tibi erat negocium ad focum ſi adeſſes
Non fiſſile haberes caput, merito id tibi factum eſt
Adeo vt tu meam ſententiam iam noſcere poſſis.
Si ad ianuam huc acceſſeris, niſi iuſſero propius
Ego te faciam miſerrimus mortalis vti ſis
Scis iam meam ſententiam: quo abis: redi rurſum
Con. Ita me bene amet Lauerna te iam niſi reddi
Mihi vaſa iubes pipulo hic differam ante ędis
Quid ego nunc agam: ne ego edepol veni huc auſpicio malo
Nummo ſum conductus plus iam medico mercede opus eſt.

¶ Euclio. Congrio

Hoc q̄dem hercle quoquo ibo mecum erit mecum feram
Neq; iſtuc in tātis periculis nunq; cōmittā vt ſiet.
Ite ſane nunc iā intro omnes et coqui, et tibicinę
Etiam introduce ſi uis vel gregem venalium
Coquite, faceſſite, feſtinate, nunc iam quantum lubet
Con. Hem perii. Eu. abi opera huc conducta eſt veſtra nō oratio
Con. Heu ſenex pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam
Coctum ego, non vapulatum dudum conductus ſum
Eu. Lege agito mecum moleſtus ne ſis, aut cœnam coque

Aut abi in malum cruciatum ab ędibus, Con. abi tu modo

¶ Euclio

Illic hō hinc abijt, Di immortales facinus audax incipit
Qui cum opulento pauper homini cœpit rem habere aut negocium
Uelut Megadorus tentat me omnibus miſerum modis
Qui ſimulauit mei honoris mittere huc cauſa coquos
Is ea cauſa miſit hoc qui ſurriperent miſero mihi
Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus
Qui erat anui peculiaris perdidit peniſſime
Ubi erat hęc defoſſa occepit ibi ſcalpurire vngulis
Circum circa quid opus eſt verbis? ita mihi pectus peracuit
Capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium
Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos
Si id palam feciſſet, exemi ex manu manubrium
Quid opus eſt verbis? facta eſt pugna in gallo gallinaceo
Sed Megadorus meus affinis, eccum incedit e foro
Jam hunc non auſim pręterire, quin conſiſtam et colloquar

¶ Megadorus. Euclio

Narraui amicis meis conſilium meum
De conditione hac, Euclionis filiam laudant
Sapienter factum et conſilio bono
Nam meo quidem animo ſi idem faciant cęteri
Opulentiores pauperiorum filias
Ut indotatas ducant vxores domum
Et multo fiat ciuitas concordior
Et inuidia minore nos vtamur, quam vtimur
Et ille malam rem metuant quam metuunt magis
Et nos minore ſumptu ſimus, q̃ ſumus
In maxima illęc populi parte eſt optuma
In pauciore auidus altercatio eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quorum animis auidis, atq̃ inſatietatibus
Neq̃ lex neq̃ tutor capere eſt qui poſſit modum.
Neq̃ hoc qui dicat, quo illę nubent diuites
Dotata es, iſtud ius pauperibus ponitur
Quo iubeant nubant, dum dos ne fiat comes
Hoc ſi ita fiet mores meliores ſibi
Parent pro dote quos ferant, quam nunc ferunt,
Ego faxim, muli precio qui ſuperant equos
Sient viliores gallicis canterijs.
Eu. Ita me Di amabunt, vt ego hunc auſculto lubens
Nimis lepide fecit verba ad parſimoniam
Me. Nulla ergo dicat equidem dotem ad te attuli
Maiorem multo q̃ tibi erat pecunia
Enim mihi quidem ęquum eſt
Purpuram atq̃ aurum dari
Ancillas, mulos, muliones, pediſſequas,
Salutigerulos pueros, vehicula qui vehar
Scraptę, ſcrupedę, ſtrictipellę: ſordidę
Eu. Ut matronarum hic facta pernouit probe
Moribus pręfectum mulierum hunc factum velim
Me, nunc quoq̃ inuenias plus plauſtrorum in ędibus
Uideas q̃ ruri quando ad villam veneris,
Eu. Sed hoc etiam pulchrum eſt
Prę q̃ vbi ſumptus petunt
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius,
Caupones: patagiarij, intuſiarij, flamearij, violarij, cerinarij,
Aut manulearij, aut myrobrecharij
Propolę, lintheones, calceolarij
Sedentarij ſutores, dyabathrarij
Solearij adſtant, adſtant molochinarij,
Petunt fullones, ſarcinatores petunt

Strophiarij adſtant, aſtant ſemizonarij
Jam hoſce ad ſolutos cēſeas, cedunt, petunt.
Terceni[illegible]ſtant phylaciſte in atrijs
Textores, limbolarij: arcularij ducuntur, datur
Aes, iam hoſce abſolutos cenſeas
Quum incedunt infectores crocotarij
Aut aliqua mala crux ſemper eſt quę petat.
Eu. Compellarem ego illum ni metuam, ne deſinat
Memorare mores mulierum, nunc ſic ſinam
Me. Ubi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus
Ibi ad poſtremum cedit miles, ęs petit
Itur: putatur ratio cum argentario
Miles impranſus adſtat, ęs cenſet dari
Ubi diſputata eſt ratio cum argentario
Etiam plus ipſus vltro debet argentario
Spes prorogatur militi in alium diem
Hęc ſunt ſunt atq; alię multę in magnis dotibus
Incommoditates ſumptuſq; intollerabiles
Nam quę indotata eſt, ea eſt in poteſtate viri
Dotatę mactant et malo et damno viros,
Sed eccum affinem ante ędes, quid agitur Euclio?

Euclio Megadorus

NImium lubenter audiui ſermonem tuum
Me. An audiuiſti? Eu. vſq; a principio omnia
Me. Tamen e meo quidem animo
Aliquanto facias rectius
Si nitidior ſis nuptijs filię.
Pro re nitorem et gloriam pro copia,
Qui habent meminerint ſeſe vnde oriundi ſient
Eu. Neq; pol Megadore mihi, neq; cuiquam pauperi
Opinione melius res ſtructa eſt domi

Me. immo eſt, et Dij faciant vt ſiet
Plus pluſquã ſoſpitem quod nunc habes
Eu. Illud mihi verbum non placet: quod nunc habes
Tam hic ſcit me habere q̃z egomet, anus fecit palam
Me. Quid tute ſolus e ſenatu ſeuocas?
Eu. Pol ego te vt accuſem merito meditabar, Me. quid iſt?
Eu. Quid ſit me rogas? qui mihi omnis angulos
Furum impleuiſti in ędibus miſero mihi
Qui mihi intromiſiſti in ędibus quingentos coquos
Cum ſenis manibus genere geryoniaceo
Quos ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit
Quem quondam Ioui Iuno cuſtodem addidit
Is nunq̃z ſeruet, pręterea tibicinam
Quę mihi interbibere ſola ſi vino ſcateat
Corinthienſem fontem et pyreneũ poteſt
Tum obſonium autem, Me. pol vel leoni ſat eſt
Etiam agnum miſi, Eu, quo quidem agno ſat ſcio
Magis curioſam nuſquam vilam eſſe beſtiam
Me. Volo ex te ego ſcire qui ſit agnus curio
Eu. Qui oſſa atq̃z pellis totus eſt, ita cura macet
Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet
Ita is pellucet quaſi laterna punica
Me. Cędendum illum ego conduxi, Eu. tũ tu idem optimũ eſt
Loces efferendum: nã iam credo mortuus eſt
Me. Potare ego tecum hodie Euclio volo
Eu. Non potem ego quidem hercle, Me. At ego iuſſero
Cadum vnum vini veteris a me afferier
Eu. Nolo hercle, nam mihi bibere decretum aquam eſt
Me. Ego te hodie reddam madidum ſed vino probe
Tibi an decretum eſt bibere aquam? Eu. Scio quã rem agat
Ut me deponat, vino eam affectat viam

Poſt hoc quod habeo vt commutet coloniam
Ego id cauebo, nam alicubi abſtrudam foris
Ego faxo et operam et vinum perdiderit ſimul
Me. Ego niſi quid me vis eo lauatum vt ſacrificem
Eu. Aedepol ne tu aula multos inimicos habes
Atqȝ iſtuc aurum quod tibi concreditum eſt.
Nunc hoc mihi factum eſt optumū, vt te auferaȝ
Aula in fidei phanum, ibi abſtrudam probe
Fides nouiſti me, et ego te, caue ſis tibi
Me tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo
Ibo ad te fretus tua fides fiducia

Stro. Seruus

Hoc eſt ſerui facinus frugi facere quod ego perſequor
Ne morę moleſtieqȝ imperium herile habeat ſibi
Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat
In herum matura in ſe ſera condecet capeſſere
Sin dormitet, ita dormiter, ſeruum ſeſe vt cogitet
Nam qui amanti herō ſeruitutem ſeruit, quaſi vt ego ſeruio
Si herum videt ſuperare amorem, hoc ſerui eſſe officium reor,
Retinere ad ſalutem non eum quo incumbat eo impellere
Quaſi pueri qui nare diſcunt ſcirpea inducitur ratis
Qui laborent minus facilius vt nent, et moueant manus
Eodem modo ſeruum ratem eſſe amanti hero ęquum cenſeo
Ut tolleret ne peſſum eat tanqȝ
Imperium herile ediſcat, vt quod non os velit oculi ſciant
Quod iubeat citis quadrigis citius properat perſequi
Qui ea curabit, abſtinebit cenſeo ne bubula
Nec ſua opera reddet vnqȝ in ſplendorem compedes
Nunc herus meus amat filiam huius Euclionis pauperis
Eam herō nunc renunciatum eſt nuptum huic Megadoro dari
Is ſpeculatum huc miſit me vt quę fierent, fieret particeps

Nunc ſine omni ſuſpitione in ara hic aſſidam ſacra
Hic ego huc et illuc potero quid agant arbitrarier,

Euclio ſenex Strophilus ſeruus

TU modo caue, quicq̃ꝫ indicaſſis auꝝ meum eſſe iſtic fides
Nõ metuo ne q̃ſquã inueniat ita ꝓbe in latebris ſitum eſt
Aedepol ne illic pulchrã prędam agat ſi q̇s illam inuenerit
Aulam onuſtam auri, verum id te quęſo vt prohibeſſis fides,
Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam ne affinem morer.
Quin tibi accerſat me meam extemplo filiam ducat domum
Vide fides etiam atqꝫ etiam nunc ſaluam vt aulam abs te auferaꝫ
Tuę fidei concredidi aurum, in tuo luco et phano modo eſt ſitum
Stro. Di immortales quod ego hunc hominẽ facinus audio loq̇
Se aulam onuſtam auri abſtruſiſſe hic intus in phano fidei
Caue tu illi fidelis quęſo potius fueris q̃ꝫ mihi
Atqꝫ hic pater eſt vt ego opinor huius puellę her⁹ quam amat
Ibo hinc intro, perſcrutabor phanum ſi inueniam vſpiam
Aurum dum hic eſt occupatus, ſi repperero o fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam
Id adeo tibi faciam, verum ego mihi bibam vbi id fecero

¶ Euclio

NOn temere eſt q̃ coruos cãtat mihi nunc ab leua manu
Simul radebat pedibus terrã et voce crocibat ſua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram
Atqꝫ in pectus emicare, ſed ego ceſſo currere

¶ Euclio, Strophylus.

FOras lumbrice qui ſub terra erepſiſti modo
Qui modo nuſquam cõparebas nunc quũ cõpares peris
Ego ędepol te pręſtigiator miſeris iam accipiam modis
Stro. Quę te mala crux agitat: q̇d tibi mecum eſt cõmertij ſenex
Quid me afflictas: quid me raptas: qua me cauſa verberas:
Eu. Verberaliſſime etiam rogitas non fur ſed trifur.

Stro. Quid tibi ſurripui? Eu. Redde hoc ſcis. Str. Quid vis ti-
bi reddam? Eu. rogitas?
Stro. Nihil equidē tibi abſtuli, Eu. at illud qđ tibi abſtuleras cedo
Stro. Ecquid ais? Eu. qđ agā auferre non potes, Stro. qđ vis tibi
Eu. Pone hoc ſcis, aufer cauillā, non ego nunc nugas ago
Stro. Quid ego ponā quin tu eloquere quicquid eſt ſuo nomine
Non hercle equidem quicquam ſumpſi nec tetigi. Eu. oſtende huc
manus
Str. Hem tibi oſtendi eccas, Eu. video age oſtende etiā tertiam
Str. Larue hunc atq3 intemperię inſanięq3 agitant ſenem
Facis ne iniuriam mihi an nō? Eu. Fateor, q3 non perdo maximā
Atq3 id quoq3 iā fiet niſi fatere, Str. quid fatear tibi?
Eu. Quid abſtuliſti hic? Stro. Di me perdāt ſi ego tui q̄cq3 abſtuli
Ni ve adeo abſtuliſſe vellē, Eu. agedum excute dum pallium
Str. Tuo arbitratu, Eu. ne inter tunicas habeas, Str. tētā q̄ lubet
Eu. Uah ſceleſtus q3 benigne vt ne abſtuliſſe intellegam.
Noui ſicophantias, age rurſum oſtende huc
Dextrā, Str. hem, Eu. nunc leuā oñde, Str. q̄n equidē ābas pfero
Eu. Jā ſcrutari mitto redde huc, Str. qđ reddā? Eu. ah nugas agis
Certe habes, Str. habeo ego, qđ habeo? Eu. nō dico audire expetis
Jd meum quicquid habes redde, Str. inſanis perſcrutatus es
Tuo arbitratu, neq3 tui me quicq3 inueniſti penes
Eu. Mane, mane, q̄s illic eſt? q̄s hic intus alter erat tecum ſimul?
Perij hercle, ille nunc intus turbat hunc ſi amitto, hic abierit
Poſtremo iam hunc perſcrutaui hic nihil habet, abi quo lubet
Jupiter te Dijq3 perdant, Stro. haud male agit gratias
Eu. Jbo hinc intro atq3 illi ſocieno tuo iam interſtringā gulam
Fugin hinc ab oculis? abin hinc an non Str. abeo: Eu. caue ſi te vi(deam

¶ Strophilus

Ubi ille abijt ego me ducā feriendus arbore, abeo
Mortuum ego me mauelim leto malo

Aulularia.

Quam non ego illi dem hodie inſidias ſeni
Nam is hic iam non audebit aurum abſtrudere
Credo efferet iam ſecum, et mutabit locum
Atat foris crepuit, ſenex eccum aurum effert foras
Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero

Euclio Strophilus,

Fidei cenſebam maximam multo fidem
Eſſe, ea ſubleuit os mihi penuſſime
Niſi ſubueniſſet coruus perijſſem miſer
Nimis hercle ego illum coruum ad me veniat velim
Qui indicium fecit, vt ego illi aliquid boni
Duam, nam quo dedit tamdiu, q̄ꝫ perdium
Nunc hoc vbi abſtrudam, cogito ſolum locum
Siluani lucus extra murum eſt auius
Crebo ſalicto oppletus, ibi ſumam locum
Certum eſt ſyluano potius credam q̄ꝫ fidei
Stro. Fuge, fuge, Dij me ſaluom et ſeruatū volunt
Jam ego illuc percurram, atqꝫ inſcendam aliquā in arborem
Indeqꝫ obſeruabo aurum vbi abſtrudat ſenex
Quamq̄ꝫ hic manere me herus ſeſe iuſſerat
Certum eſt malā rem potius quęram cum lucro

Actus .3. Lyconides adoleſcens. Eumonia mater Phędria virgo,

Oxi tibi mater, iuxta rem mecum tenes
Super Euclionis filiam, nunc te obſecro
Fac mentionem cum auunculo mater mea
Reſecroqꝫ mater quod dudum obſecrāueram
Eu. Scis tute facta vellem ęque tu velis
Et iſtuc confido a fratre me impetraſſere
Et cauſa iuſta eſt ſiquidem ita eſt vt prędicas
Te eam compreſſiſſe vinoleutum virginem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ly. Ego ne vt te aduorſum mentiar mater mea:
Ph. Perij mea nutrix, obſecro te, vterus dolet
Juno lucina tuam fidem, Li. hem mater mea
Tibi rem potiorem video, clamat, parturit
Eu. J hac intro mecum gnate mi ad fratrem meum
Ut iſtuc quod me oras officium tibi impetratum ab eo auferam
Ly. Jam ſequor te mater, ſed ſeruum meum
Strophilum miror vbi ſit, quem ego me iuſſeram
Jllic operiri num ego mecum cogito
Si mihi dat operam, me illi iraſci iniurium eſt
Jbo intro, vbi de capite meo ſunt comitia

¶ Strophilus

PJci diuitijs qui aureos montis colunt
Ego ſolus ſupero, nam iſtos reges ceteros
Memorare nolo hominum mendicabula
Ego ſum ille rex Philippus, o lepidum diem
Nam vt dudum hinc abij, multo illuc adueni prior
Multoq; prius me collocaui in arborem
Jnde expectabam aurum vbi abſtrudebat ſenex
Exfodio aulam auri plenam inde exeo loco
Uideo recipere ſe ſenem, ille me non videt
Nam ego modo declinaui paulum me extra viam
Atat eccum ipſum, ibo vt hoc quondam domum

¶ Euclio ſenex. Lyconides
adoleſcens

PErij, interij, occidi, quo curram: quo nunc curram:
Tene, tene, quem: q̃s: neſcio, nihil video cecus eo atq;
Equidem quo eam: aut vbi ſim, aut qui ſim
Nequeo cu; animo certum inueſtigare, obſecro vos ego mihi auxilio
Oro, obteſtor, ſitis, et hominem demonſtretis qui eã abſtulerit
Qui veſtitu et creta occultãt ſeſe: atq; ſedent, quaſi ſint frugi

Quid ais tu? tibi credere certum eſt, nã eſſe bonũ vultu cognoſco
Quid eſt quid ridetis? noui omnes, ſcio fures eſſe hic cõplures
Hem nemo habet horum, occidiſti, dic igitur quis habet neſcis
Heu me miſerꝝ, perij male perditus, peſſime ornatus eo
Tantum gemiti et mali moleſtię hic dies mihi obtulit famem et pau
periem
Perditiſſimus ego ſum omnium in terra
Nam quid mihi opus eſt vita qui tantum auri
Perdidi quod cuſtodiui ſedulo egomet me fraudaui
Animumqꝫ meum, geniumqꝫ meum, nunc eo alij lętificantur
Meo malo et damno, pati nequeo.
Ly. Quinã hõ hic ante ędis noſtras eiulãs, cõqueritur mœrens?
Atqꝫ hic quidẽ Euclio ẽ, vt opinor? oppido ego interij, palã res eſt
Scit peperiſſe iã vt ego opinor filiã ſuã: nec mihi incertum eſt
Quid agã? abeã? an maneã? an adeã? an fugiã? q̃d agã? ędepol neſcio.

¶ Euclio ſenex. Lyconides adoleſcens

Quis hic loq̃tur? Ly. ego ſum, Eu. immo ego ſum miſer
Et miſere perditus, cui tanta mala mœſtitudoqꝫ obtigit
Ly. Animo bono es, Eu. quo obſecro pacto eſſe poſſum
Ly. quia iſtuc facinus ꝙ tuum
Sollicitat animum id ego feci et fateor, Eu. q̃d ego ex te audio?
Ly. Id quod verꝝ eſt, Eu. quid ego emerui aduleſcens mali?
Quamobrem vt faceres meqꝫ meoſqꝫ perditum ires liberos
Ly. Deus mihi impulſor fuit, is me ad illam illexit, Eu. quo mõ?
Ly. Fateor me peccauiſſe, et me culpam commeritum ſcio
Id adeo te oratum aduenio, vt animo ęquo ignoſcas mihi
Eu. Cur id auſus facere, vt id quod non tuum eſſet tangeres.
Ly. Quid vis fieri? factum illud fieri infectum non poteſt
Deos credo voluiſſe, nam ni vellent non fieret ſcio
Eu. At ego deos credo voluiſſe vt apud te me in neruo enecem
Ly. Ne iſtuc dixis, Eu. quid tibi ergo meã me inuito tactio eſt?

Ly. Quia vini vitio atqꝫ amoris feci, Eu. homo audaciſſime
Cum iſtac in te oratione huc ad me adire auſiſti impudens?
Nam ſi iſtuc ius eſt vt tu iſtuc excuſare poſſies
Luce clara deripiamus aurum matronis palam,
Poſt id ſi prenſi ſumus excuſemus ebrios
Nos feciſſe amoris cauſa, nimis vile eſt vinum atqꝫ amor
Si ebrio atqꝫ amanti impune facere quod lubeat licet
Ly. Quin tibi vltro ſupplicatum aduenio ob ſtultitiam meam
Eu. Non. mihi homines placent, qui quando male facerunt purgāt
Tu illam ſcibas non tuam eſſe, non attactam oportuit
Ly. Ergo quia ſum tangere auſus haud cauſificor quin eam
Ego habeam potiſſimum, Eu. tum habeas me inuito meā?
Ly. Haud te inuito poſtulo, ſed meam eſſe oportere arbitror
Quin tu eam inueniēs inqꝫ meā illam eſſe oportet Euclio
Eu. Niſi refers, Ly. Quid tibi ego referam? Eu. q̄d ſurripuiſti meū
Iā quidem ad pretorem hercle te rapiam, et tibi ſcribā dicam,
Ly. Subripui ego tuū? vnde? aut quid eſt? Eu. ita te amabit Iupiter
Ut tu neſcis, Ly. niſi quidem tu mihi quid quęras dixeris,
Eu. Aulā auri inquam te repoſco quam tu confeſſus mihi
Te abſtuliſſe, Ly. neqꝫ ędepol dixi neqꝫ feci, Eu. negas?
Ly. Pernego, immo neqꝫ ego aurū, neqꝫ iſtęc aula quę ſiet
Scio nec noui, Eu. illam ex ſyluani luco quam abſtuleras cędo
I refer dimidiam tecum potius partem diuidam
Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero furi, refer
Ly. Sanus tu non es, qui furem me voces, ego te Euclio
De alia re reſciuiſſe cenſui, quod ad me attinet
Magna eſt res quā ego tecum ocioſe ſi ocium eſt cupio loqui
Eu. Dic bona fide tu id aurū non ſubripuiſti? Ly. bona non
Eu. Iſtuc quoqꝫ bona? atqꝫ id ſcies qui abſtulerit
Neqꝫ ſcis qui abſtulerit mihi indicabis, Ly. faciā. Eu. neqꝫ partem
Tibi ab eo cui eſt indipiſces, neqꝫ furem excipies

Ly. Jta, Eu. id fallis, Ly. tũ me faciat quod volt magnus Jupiter
Eu. Sat habeo, age nũc loquere quid vis, Ly. ſi me nouiſti minꝰ
Genere quo ſim gnatus: hic mihi eſt Megadorus auonculus
Meus fuit pater Antimachus, ego vocor Lyconides
Mater eſt Eunomia, Eu. noui genus nunc q̄d vis: Ly. id volo
Noſcere filiam ex te tu habes Eu. immo eccillam domi
Ly. Jam tu deſpondiſti opinor meo auunculo, Eu. oēm rem tenes
Ly. Js me nunc renunciare repudium iuſſit tibi
Eu. Repudium rebus paratis, atq; exornatis, nuptijs:
Ut illum Di immortales omnes, quantum eſt perduint
Quem propter hodie auri tantum perdidi infoelix miſer
Ly. Bono animo es, et bene dice, nunc quę res tibi et gnatę tuę
Bene foeliciterq; vortat, ita Di faxint: inquito
Eu. Jta Di faciant. Ly. et mihi ita Di faciant, audi nunc iā
Qui homo culpaz admiſit in ſe, nullus eſt tā parui precij
Quin pudeat, quin purget ſeſe nunc te obteſtor Euclio
Ut quod ego erga te imprudens peccaui aut gnatam tuā
Ut mihi ignoſcas, eāq; vxorem mihi des vt leges iubent
Ego me iniuriam filię feciſſe fateor tuę
Cereris vigilijs per vinum atq; impulſu adoleſcentię
Eu. Hei mihi quod facinus ex te ego audio, Ly. cur renuas
Quem ego auum feci iā vt eſſes filię nuptijs
Nam tua gnata peperit decimo menſe poſt numerum cape
Ea re repudium remiſit auunculus cauſa mea
Jntro exquire ſit ne ita vt ego prędico, Eu. perij oppido
Jta mihi ad malum malę res plurimę ſe adglutinant
Jbo intro vt quid huius rei ſcit ſciam, Ly. iam te ſequor
Hęc propemoduz iā eſſe in vado ſalutis res videtur
Nunc ſeruum eſſe vbi dicam meum Strobilum, non reperio
Niſi etiam hic operiar tamen pauliſper, poſtea intro hũc ſubſequar
Nunc interim ſpacium ei dabo exquirendi

Meum factum ex gnatę pediſſequa nutrice, an vera noui?

¶ Strophilus. Lyconides. Megadorus. Eunomia.

O Ji immortales quibus et quātis me donatis gaudijs
Quadrilibrem aulā auro onuſtā habeo q̄s me eſt diuitior?
Quis me Athenis nunc magis q̄ſquam eſt hō cui Dij ſint ꝓpitij
Certo em̄ ego vocem hic loquentis modo me audire viſus ſum
Herum ne ego aſpicio meū, Ly. video ego num ſtrobilū ſeruū meū?
Str. Ipſus ē. Ly. haud aliud ē, Str. cōgrediar, Ly. cōtollā gradū
Credo ego illū (vt iuſſi) eāpſe anum adiſſe huius nutricem virginis,
Stro. Quin ego illum inueniſſe dico hanc prędam atq; eloquar
Igitur orabo vt manu me mittat, ibo atq; eloquar
Repperi, Ly. quid reperiſti? Str. non quod pueri clamitant
In faba ſe reperiſſe, Ly. Jam ne autem vt ſoles deluſis?
Stro. Here mane, eloquar iam auſculta
Ly. Age, ergo loquere, Stro. repperi hodie here diuitias nimias
Ly. Ubi nam? Stro. quadrilibrem (inquā) aulam auri plenam
Ly. Qđ ego (facinus) audio ex te. St. Euclioni huic ſeni ſubripui.
Ly. Ubi id aurū? Str. in arca apud me, nunc volo me emitti manu.
Ly. Ego ne te emittā manu ſcelerum cumulatiſſime?
Stro. Ah here, ſcio quam rem geras
Lepide hercle animum tuum tentaui, iā vt eriperes apparabas
Quid faceres ſi reperiſſem? Ly: non potes probaſſe nugas
I redde aurū, Str. reddam ego aurū, Ly. redde inquam
Et huic reddatur, Str. ah vnde?
Ly. Quod modo faſſus es eē in arca: Str. ſoleo hercle ego garriē nu
Ita loquor, Ly. at ſcin quomodo: Stro. vel hercle eneca. (gas
Nunq̄ feres hinc a me quod non habeo, Ly. Feram
Uelis nolis, cum te quadrupedem ſtrinxero
Et hernicoſos teſtes ad trabem tibi
Diuellam appenſo, ſed cur in fauces moror?

Completio

Huius ſceleſti ruere, et animam protinus
Cur non compello facere iter prepoſterum
Das an non, Stro. Dabo, Ly. Des vt nunc, non olim volo
Stro. Do iam, ſed me animam recipere ſinas te rogo
Ah ah quid vt dem poſcis here, Ly. Neſcis ſcelus
Et aulam auri plenam quadrilibrem mihi
Audes negare quam dixi modo
Te arripuiſſe, heia iam vbi ſunt lorarij
Stro. Here audi pauca, Ly. non audio, lorarij
Heus heus Stro. Quid eſt, Ly. Parari cathenas volo
Stro. Audi queſo, poſt me ligari iuſſeris
Quantum libet: Ly. Audio, ſed rem expedias ocius
Stro. ſi me torqueri iuſſeris ad necem, vide:
Conſequare, primum ſerui exitium habes
Deinde quod concupiſcis ferre non potes,
At ſi tu dulcis libertatis premio
Dudum captaſſes iam dudum votis fores
Votis potitus, omnes natura parit liberos
Et omnes libertati natura ſtudent
Omni malo, omni exitio peior ſeruitus
Et quem Jupiter odit ſeruum hunc primum facit
Ly. Non ſtulte loqueris, Stro. Audi reliqua nunc iam
Tenaces nimium dominos noſtra ętas tulit
Quos Harpagonas Harpyas et Tantalos
Vocare ſoleo in opibus magnis pauperes
Et ſitibundos in medio oceani gurgite,
Nullę illis ſatis diuitię ſunt, non Mydę
Non Croeſi, non omnis Perſarum copia
Explere illoꝝ tartaream ingluuiem poteſt
Jnique domini ſeruis vtuntur ſuis
Et ſerui inique dominis nunc parent ſuis

Sic ſit neutrobi quod fieri iuſtum foret
Penum, popinas, cellas, promptuarias
Occludunt mille clauibus parci ſenes
Que vix legittimis concedi natis volunt
Serui furaces, verſipelles, callidi,
Occluſa mille clauibus ſibi referant,
Furtimq; raptant, conſumunt, liguriunt
Centena nunq̃ furta dicturi, cruce
Sic ſeruitutem vlciſcuntur ſerui mali.
Riſu ioci ſq; Sic ergo concludo, ꝙ
Seruos fideles liberalitas facit
Ly. Recte quidem tu, ſed non paucis vt mihi
Pollicitus, verum ſi te facio liberum
Reddes ꝙ cupio, Stro, reddam, ſed teſtes volo
Adſint, ignoſces here parum credo tibi,
Ly. Ut iubet adſint vel centum: iam nil moror
Stro. Megadore et tu Eunomia adeſte precor ſi libet
Exite, perfecta re mox redibitis
Me. Qui nos vocat, hem Lyconide, Eu. Hem ſtrophile quid eſt
Loquimini, Ly. Breue eſt, Me: Quid eſt, Stro, vos teſtes voco
Si quadrilibrem aulam auri plenam huc affero
Et trado Lyconide, Lyconides me manu
Mittit, iubet iuris eſſe me mei
Ita ne ſpōdes, Ly. ſpondeo Stro, Jam ne audiſtis hoc
Quod dixit, Me. Audiuimus, Stro. Jura etiam per Jouem
Ly. Hem quo redactus ſum alieno malo
Nimis procax es quid lubet faciam tamen
Stro. Heus tu: noſtra ętas non multum fidei gerit
Tabulę notantur, adſunt teſtes duodecim
Tempus locumq; ſcribit actuarius
Tamen inuenitur rhetor qui factum neget

Ly. ſed me expediſis, Stro. Hem ſilicem tibi
Ly. ſi te ego ſciens fallam, ita me eijciat Dieſpiter
Bonis ſalua vrbe et arce, vt ego hunc lapidem, ſatis
Jam feci tibi: Stro. ſatis vt ego aurū apportem eo
Ly. J pegaſeo gradu et vorſans viam redi

Lyconides Strophilus Megadorus Eunomia Euclio

GRaue eſt homini pudenti morologus nimis
Seruus qui ſapere plus vult hero ſuo
Abeat hic Strophilus in malam liber crucem
Modo mihi apportet aulam auro puro grauem
Ut Euclionem ſocerum ex luctu retraham
Ad hilaritatem, et mihi conciliem filiam
Ex compreſſu meo nouam puerperam
Sed ecce redit honuſtus Strophilus (vt reor)
Aulam apportat, et certe eſt aula quam gerit
Stro. Lyconide apporto inuentum promiſſum tibi
Aulam auri quadrilibrem, num verus fui
Ly. Nempe o Dij immortales quid video aut quid habeo
Plus ſexcentos Philippeos ter et quater
Sed euocemus Euclionem protinus
O Euclio Euclio. Mega. Euclio Euclio, Eu. Quid eſt
Ly. Deſcende ad nos, iam Dij te ſeruatum volunt
Habemus aulam, Euc. Habetis ne: an me luditis
Ly. Habemus inquam, modo ſi potes huc aduola
Eu. O magne Jupiter, o Lar familiaris et
Regina Juno, et noſter theſaurarie
Alcide, tandem miſerati miſerum ſenem
Oh oh q̄z letis aula tibi amicus ſenex
Complector vlnis et te dulci capio oſculo

Explerí nequeo mille vel complexibus
O ſpes o cor, luctum depuleras meum
Ly. Auro carere ſemper duxi peſſimum
Et pueris et viris et ſenibus omnibus
Pueros proſtare cogit indigentia
Uiros furari mendicarier ipſos ſenes
At multo peius eſt vt video nunc ſupra
Quā quod neceſſe eſt nobis auro opuleſcere
Heu quantas paſſus eſt erumnas Euclio
Ob aulam paulo ante a ſe deperditam
Eu. Cui meritas referam grates, an dijs, q̄ bonos
Reſpectant homines, an amicis rectis viris
An vtriſq;, vtriſq; potius, et primum tibi
Lyconide principium, et auctor tanti boni
Hac ego te aula auri condono accipias libens
Tuam hanc eſſe volo et filiam meam ſimul
Preſente Megadoro et ſorore eius proba
Eunomia, Ly. et habetur et refertur gratia
Ut meritus es ſocer exoptatus mihi Euclio
Eu. Relatam mihi ſatis putabo gratiam
Si donum noſtrum et meipſum accipias nunc libens
Ly. Accipio et Euclionis volo mea ſit domus
Stro. Quid reſtat here nunc, memento vt ſim liber
Ly. Recte monuiſti, eſto merito liber tuo
O Strophile, et turbatam iam intus cenam para
Stro. ſpectatores naturam auarus Euclio
Mutauit, liberalis ſubito factus eſt
Sic liberalitate vtimini vos quoq;
Et ſi fabula perplacuit clare plaudite

¶ Aulularie Plautine Finis

¶ Joannes hiſo Badēſis ad emptorem

DOctus ſi quis adeſt flagitans pernoſcere Plauti
Scommata doctiloqui,
Riſus, dicta, ſales, genium ſenioris auari
Quem aurea gaza iuuat,
Quem nihil fuluum niſi (proh dolor) occupat aurum
Ut ſenis eſt animus
Plautinas modico ſcenas hic comparet ęre
In quibus olla datur
His lectis plaudes, cachinnum tuq; ſerena
Fronte ſtatim incipies.

¶ Phileſius in Plauti Aululariā

EXcipe Plautinam lector ſtudioſe fabellam
Aula cui nomen tradidit ipſa decens,
Qualia ſudanti ſpirant opobalſama ramo
Qualia cecropie mella feruntur apis
Talia diuina mirabere dona Mineruę
Plurima non paruum ſchemata promit opus
Hoc imperfectum fecit carioſa vetuſtas,
Quę bona rodenti gutture cuncta vorat.
Congrua ſed ſcripſit facundus ſcommata Codrus
Ne careat fine res mutilata ſuo

¶ Fauſtus Andrelinus de Plauto

Ah ſummis infenſa viris cogebat egeſtas
Ut traheres ſcabram Plaute diſerte molam

¶ Beati Arnoldi ad lectorem Epigramma.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dulcis quiſquis amat Latię commertia lingue
Argutoſq; ſales, ſcenica ſiue ioca
Plautinos capiat luſus fandiq; potentem
Quo nil facundo doctius ore nitet
Qualem ſuccincti redolent hęc ſcripta libelli
Scripta vel eximijs concelebranda viris
Scilicet vrbani plura hęc comedia moris
Pertactat crebris conſita ſenſiculis
Mollia furtiuę Ueneris non dicta reponit
Sed quę veſtalem non recitaſſe pudet
Commoda multa tenet: multo fucata lepore
Pagina nec parui ſe didiciſſe putet.

¶ Eiuſdem endecaſyllabon

Pollens eloquio lepore gaudet
Incultus rudibus ſuis tenetur
At cum nil opus omnibus probari
Solum hic auribus eruditiorum
Et doctis placeat viris libellus
Quo nil candidius politiuſq;
Ut ſi Pegaſidum chorus ſororum
Romana cuperet loqui Minerua
Iſto non alio ſtylo vteretur
Nunc tu qui latialibus Camenis
Expoſcis labri pollire limam
Non ceſſes recitare vel legiſſe
Nec iſtos imiteris improbatos
Qui ſic vilibus accubant amatis
Scriptorum lepida orſa reſpuentes
Quis nil eſt magis aut vafrum aut ineptum
Vos vt Trinacrię lacus caueto

¶ De Codro Vrceo a quo hec perfecta ē co-
media hoc elegans Vergilij Porti Muti-

nenſis epitaphium notatur

Vir doctiſſimus vndecunq; Codrus
Codrus Romuleę decus camoenę
Codrus eloquij decus Pelaſgi
Codrus arbiter vtriuſq; linguę
Orator bonus, et bonus poeta
Codrus archetypon facetiarum
Codrus archetypon ſeueritatum.
Codrus Felſineę dolor iuuentę
Felix vrnula et o lapis beate
Tam charum caput in quibus quieſcit
Vir doctiſſimus ille Codrus, ille
Vir doctiſſimus vndecunq; Codrus

¶ Et hoc Philippi Beroaldi iunioris quo ita pro veteri amicitia in Codrū defunctum iocatus eſt.

Codre quid eſt infra? tenebrę, num ſcanſio ad astra eſt?
Nulla, quid eſt Pluto? fabula vana hominum
Cerberus eſt ne iſtic Proſerpina Teſiphoneq;?
Non mage q̄ Pluto quanq̄; ager eliſius
Quę natura animę? quę corporis illa perinde
Interit vt corpus, nec magis illa viget
Proinde tibi indulge dum viuis, dum licet vti
Vtere delicijs, omnia mors adimit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

w M.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6129

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN